

RAYMUNDUS TELLERÍA

DE ANNAE CATHARINAE CAVALIERI,  
MATRIS S. ALFONSI, AC DE EIUS SORÓRUM  
COMMORATIONE IN MONASTERIO  
« DELLE CAPPUCCINELLE »

INTRODUCTIO

Quaerentibus a me confratribus cur in Vita s. Alfonsi ampliores notitias de illius infantia atque adolescentia intra domesticos parietes non exhibuerim, respondere coactus sum, plurima adhuc desiderari documenta quibus domicilium Ligorii, parentum vitae curriculum, fratrum, sororum ac propinquorum gesta tandem illuminentur. Etenim, si coævus P. Tannoia in sui operis præfatione queritur, se non nisi « spicas » colligere potuisse, magis nos arduus manet labor, qui copiosiorem messem in horreum historiae deferre intendimus. Patienter igitur ac gaudenter quodvis manipulum offeramus, dum ab aliis vestigatoribus fortunatos fructus expectamus.

Exordimur a « Domina » Anna Catharina, clarissima s. Alfonsi matre. Notum est quibus illam laudibus extulerint, ipsa adhuc inter vivos degente, archipresbyter Ioannes Rossi, R.mi Aemilii Cavalieri biographus (1) atque post Annae obitum P. Antonius Tannoia, cui non semel honor contigit illam invisiere et alloqui. Scriptorum elogia qui legerit, forte suspicatur modum illos excessisse cum eximiam matronam extollunt omni virtutum genere præeditam, speciatim vero spiritus recollectione quasi monastica ornatam ac quaevis mundana oblectamenta abhorrentem. Ad hanc suspicionem prorsus diluendam plurimum conferent haec nova documenta, ex quibus eruitur s. Alfonsi genitricem inter moniales Cappuccinas educatam fuisse; unde fieri vix potuit, quin claustrí odorem secum in familia ab ipsa conditam perferret.

Quo vero documenta rectius intelligentur, præmittimus non quidem familie Cavalieri arborem genealogicam, sed eiusdem

(1) G. Rossi, *Della vita di Mgr. Emilio Giacomo Cavalieri*, Napoli 1741, 7.

constitutionem ac membra. Fridericus Cavalieri, quem ex Brundisio oriundum (2) P. Tannoia declarat et qui munia publica non semel obivit (3), matrimonio sibi copulavit Helenam d'Avenia die 2 iunii an. 1662. Anno sequenti filium primogenitum suscepit *Æmilius Iacobum*, quem die 28 iulii baptismō renasci curarunt (4). Hunc plures filiae ac filii sequuti sunt, videlicet: Teresia Maria die 15 aprilis an. 1665; Iosephus versus finem an. 1666 vel initio 1667 (5); Caecilia Anna die 10 octobris an. 1668; Anna Maria Catharina, mater s. Alfonsi, die 24 novemboris an. 1670; demum Franciscus, cuius diem nativitatis ignoramus et qui, teste Rossi, praematura morte in caelum evolavit.

Eorum mater Helena d'Avenia pariter non multo post obiit, probabiliter ad finem vergente anno 1673 vel sequenti ineunte (6). Hinc s. Alfonsi genitricem fere ab incunabulis matre sua orbatam credidimus, deinceps usque ad vigesimum quintum aetatis annum, id est, usque ad matrimonium cum Iosepho Liguori apud patrem Fridericum vixisse (7). Ex his tamen documentis colligimus sorores natu maiores monasterium S. Francisci post matris obitum ingressas fuisse an. 1674 eodemque secessisse recepisse Annam Catharinam pervigilio Nativitatis Domini an. 1684: ergo 14 annos natam. Tempus vero quod intra claustra mansit, definire cum certitudine nequimus, nisi ex communiter illius aevi contingentibus, quandoquidem puellae in monialium asceteria educationis gratia susceptae ab illis recedebant vel ad tempus ante novitiatus inchoationem vel in perpetuum nuptias initurae.

(2) In instrumento matrimonii Friderici atque Helenae uterque appellatur «neapolitanus» (ambi napoletani). Archivio della Curia. Processi-ordinazioni n. 2954, Emilio Cavalieri. - Hoc vero minime obstat origini brundisianae illius familiae. Medio saeculo XVIII Brundisii in censu officiali comperimus: «Francesco Cavalieri, Mauro Cavalieri, Giuseppe Carmenio Cavalieri», cum sua quisque familia et cum officio «forese». Archivio di Stato - Napoli. Catasto, Brindisi v. 8194, an. 1754 ff. 157 211<sup>v</sup>, 359 Cfr. G. LUMAGA, *Teatro della Nobiltà*; Napoli 1725, 106-107 [Brindisi] «Balzo, Cavaliere, Di Marco» inter alias familias nobiles.

(3) Ex *Diaro coaevi Dominici Confuorto* intelligimus quomodo doctor Fridericus Cavalieri, aliunde vir pius atque integerimus, munia publica per ventennium obivit, nempe: candidatus ad «electum» populi (1682), gubernator Sanctissimae Annuntiatae (1685), Regni secretarius (1687), advocatus fiscalis Regiae Camere Summariae (1688), praeses eiusdem Camere (1690), consiliarius Sacri Regii Consilii (1696). Cfr. DOM. CONFUORTO, *Gior-nali di Napoli* (1679-1699) ed. F. Nicolini; Napoli 1940-1941, vol. I 81, 128, 173, 215, 243, 283, 323; II, 146, 250. Mortem tanti viri Nuntius neapolitanus die 25 decembris an. 1702 his verbis Cardinali Secretario Status nuntiabat: «Ha sofferto questa città con disgusto la perdita del consigliere Federico Cavalieri, perché lo considerava un Ministro d'integrità e di sapere». Archivio Vaticano. Napoli v. 133 f. 285.

(4) Archivio della Curia l. c. transcribitur testimonium baptismi.

(5) Rossi l. c. asserit Iosephum post Teresiam natum fuisse, sed annum nativitatis omisit.

(6) In documentis quae infra allegantur nomini Helenae die 4 iunii an. 1674 adiungitur prima vice adverbium «quondam», quod ex more loquendi in instrumentis significat personam cui applicatur iam mortuam fuisse.

(7) R. TELLERÍA, *San Alfonso María de Ligorio I*; Madrid 1950, 5.

Nobile sacrarum virginum monasterium s. Francisci ab anno 1585 florebat extra Portam Regiam, palatio familiae Pontecorvo imminens, in media collis devexitate, quae ex Montis Sancti radice condescendit. Parum igitur distans eminebat a palatio principis Tarsiae et a monasterio franciscano s. Antonii, ubi in praesentiarum ministerium plus quam saeculare filii s. Alfonsi exercent. Quo tempore mater s. Doctoris habitaculum ibidem quaequivit, magna sanetimoniales apud cives existimatione fruebantur, prae primis ob pauperioris vitae observantiam, quem hodie perpendere possumus ex eleemosynis quae statis temporibus quotannis monasterio banchi nummularii elargiebantur. Dotes namque vix pares reddebantur ad alendas viginti quinque moniales ac duodecim educandas, quae regulariter in ampio monasterio commorabantur.

Speciali titulo moniales sibi devinxerant nobilium ac plebis studium ob singularem cultum quem fovebant erga Conceptionis Immaculatae mysterium, adeo ut non raro in religiosarum elenchis eas distinguamus, quae baptismi seu professionis cognomen ditare voluerunt additione « della Purissima Concezione ». Nihil inde mirum quod etiam hodie altare ecclesiae maius hanc devotionem perennare laetetur pulcherrima tabula depicta seu linteo, ubi inter angelicas legiones Immaculata Regina triumphat merito et gratia Ordinis Franciscani, cuius utriusque sexus primores sanctissimi ad pedes Intemeratae Virginis una cum Patriarcha Assisiensi portenduntur (8). Extra historiam itaque vagari non dicitur qui asseruerit Annam Catharinam, postquam decem annos hanc marianam atmosphaeram respiravit, ibidem germina devotionis erga Immaculatam assimilasse, quorum participem primogenitum Alfonsum efficeret.

Nec abs re esset praesumere s. Alfonsum, praesertim in infantia atque adolescentia, non semel cum matre monasterium visitasse, in quo procedentibus annis illius materterea Caecilia, in Sororem Mariam Franciscam a Corde Iesu commutata, supremum asceterii regimen tanquam abbatissa pluries exercuit (9). Absque dubio visitationes sanctus missionarius iteravit cum negotiis Instituti pressus Neapolim rediit, quippe quod Tannoia teste illius consiliis frui inhiantes sanetimoniales certa-

(8) Difficile negotium concludere, absque profundiore examine, epocham exactam qua linteum depictum fuit, utpote Nicolao Rossi adtributum sub directione Solimenea (1657-1747). Templum monasterii inter monialium ecclesias magis frequentatas recensebatur. Hodie post bellicam stragem ad cultum iterum adaptatum fuit, dum in monasterio exstat quoddam adolescentium reformandorum Institutum sub appellatione Gaetani Fi langieri.

(9) Sribit Rossi l. c. 6 « Vive nel già detto monistero... e vi è stata ancora più volte Badessa ». Inter documenta Cappuccinarum subscrifit « Acta pro DD. Aurora et Anna Giordano » die 20 ianuarii an. 1721 « Suor Maria Francesca del Core di Gesù, Abbadessa ». Decem post annos declarat confessor monasterii: « Si fa fede da me confessore ordinario... delle Cappuccinelle a Pontecorvo che oltre la Signora Angiola Caterina Giordano, la quale si trova in età avanzata, vi sono altre monache abili a poter esercitare l'uffizio di Badessa..., e sono la Signora Madre Francesca Cavalieri [primo loco]. Napoli 13 novembre 1731. D. Agostino del Giodice ».

tim apud se illum invitabant. Nec humilium aequa ac ferventium Cappuccinarum oblitus est cum episcopium sanctagathense deserens in nostrae Congregationis suppressionis discrimine regios ministros adiit ipsorum benevolentiam conciliaturus. Quanti enim sacrarum virginum s. Francisci preces duceret colligitur ex commendatione quam die 23 ianuarii 1776, furente contra naviculam Instituti procella, Patri Maione Neapoli commoranti remisit: « Mandate da parte mia 12 carlini alle Cappuccinelle, acciò facciano un'altra novena alla Madonna colla litania ogni giorno » (10).

Sic igitur per totam vitam s. Fundator venerationem coluit erga clarissimum Christi Sponsarum refugium, inter quas « Domina » Anna Catharina adolescentiam pie exegit atque semina educationis absorbuit; quod quidem in honorem eximiae matris ac tanti filii commemorare voluimus recurrente hac die 28 novembris, quae aditum praebet secundi centenarii obitus Annae Catharinae anno proximo celebrandi.

Romae, die 28 novembris an. 1954

#### PRAENOTANDA

Documenta infra relata servantur apud Curiam Archiepiscopalem neapolitanam in Archivo generali intra sectionem (fondo) Monialium sub rubrica « Cappuccinelle ». Cum plures abhinc menses ipsa invenimus, nullo pacto de illis in *Spicilegium* inserendis cogitavimus; quapropter ab eorum integra transcriptione partim abstinuimus, ita tamen ut nihil essentialie omitteremus. Lacunas, si quae sint, sive expresse sive punctis suspensivis indicabimus. Correctiones nostrae ortographiam tantum respiciunt.

#### I

#### DOCUMENTA AD MATREM S. ALFONSI SPECTANTIA

##### i. - *Admissio in monasterium monialium Cappuccinarum*

Si fa fede per noi infrascritte Abbadesse e Monache officiali del Venerabile Monastero delle Cappuccine Reformate di questa città come detto monastero è solito tenere figliole per educazione e per esse vi è luogo particolare, comodo, distinto e separato da quello dove le monache professe et anco le novitie sogliono abbitare, massime per dormire e lavorerio [*locus ad labores*] capace,

(10) *Lettere di S. ALFONSO II*; Roma 1887, 363.

in modo che ciascheduna di esse può dormire sola, et a questo effetto capitolarmente et per voti secreti della maggior parte delle monache di detto monastero è stata accettata la Signora Anna Catarina, figlia legittima et naturale del Signor Federico Cavalieri et della quondam Signora Elena D'Avenia : vi è anco la Maestra dell'educande et si mangia alla mensa comune, et in fede abbiamo fatta la presente sottoscritta di nostre proprie mani et sogellata con il solito soggello del nostro monistero. Napoli il dì 18 novembre 1684. Suor Agnese dello Spirito Santo, Abbadessa. - Suor Ursola di Santo Diego, Vicaria.

[*Sequuntur subscriptiones aliarum octo monialium; adest sigillum in fine*].

2. - *Excerptum ex licentia admissionis*, typis impressa, a S. Congregatione Episcorum et Regularium Cardinali Archiepiscopo neapolitano Caracciolo concessa et documento praecedenti adnexa

[*Cardinali Caracciolo venia datur*] per ricevere nel monastero di S. Francesco, detto delle Cappuccinelle sopra Pontecorvo di Napoli l'honesta zitella Annacaterina Cavaliero. Datum die 20 mensis octobris 1684.

[*Conditiones sub quibus receptio educandae permittitur, eaedem sunt ac pro aliis puellis praescribantur, prout data opportunitate videbimus in studio proxime edendo*].

3. - *Copia testimonii baptismatis ex originali transcripta et documentis praecedentibus adnexa*

Si fa fede per me sottoscritto paroco di S. Giovanni a Porta di questa città di Napoli come havendo perquisito il libro sesto degli Battesimi di detta chiesa parrocchiale ho ritrovato registrato nel foglio 83 a tergo le seguenti parole, videlicet :

A 26 novembre mille seicento settanta-1670- Anna Catarina Angelica, figlia del Dr. Federico Cavaliero e della Signora Elena d'Avenia coniugi : fu battezzata da me D. Pietro Salerno Paroco, e tenuta nel Sacro Fonte da Vittoria d'Angelis mammanna : nata a 24 di detto ad hora 12.

In fede ho fatto la presente e firmata di mia propria mano. Napoli, li 22 dicembre 1684.

Io D. Pietro Salerno fo fede ut supra.

L. S.

4. - *Copia testimonij confirmationis*

Si fa fede per me, Maestro di Cerimonie dell'Emmo. Sig. card. Caracciolo arcivescovo di Napoli, a chi la presente spetterà vedersi intra vel extra iudicium come perquisito il libro delle confirmate tra l'altre sta registrata l'infrascritta del tenore seguente, cioè :

A dì 29 settembre Anna Catarina Cavalieri, figlia di D. Federico et Elena d'Avenia, la comare Candida d'Alessio, confirmata nella cattedrale di Napoli con commissione di detto Em.mo per Mons. Ill.mo di Pace, Vescovo di Capaccio. Et in fede del vero ho scritto e sottoscritto la presente di propria mano e sigillato col mio sigillo. Questo dì 22 dicembre 1684.

Raffaele Sati, Maestro di Cerimonie.

L. S.

5. - *Testimonium ingressus Annae Catharinae Cavalieri in monasterium.*

Si fa fede per me sottoscritta Suor Agnese dello Spirito Santo, Abbadessa del monastero di S. Francesco di Monache Cappuccine sopra Pontecorvo di questa città, a che la presente spetta vedere e sarà presentata, come a 23 del corrente mese di dicembre di questo presente anno 1684 è entrata al suddetto monastero la Signora Anna Caterina Cavaliero, figlia del Dr. Signor Federico Cavaliero. Et in fede ho fatto la presente, firmata di mia propria mano e soggellata col solito soggello del monastero.

Napoli, 29 dicembre 1684.

Suor Agnese dello Spirito Santo, Abb<sup>a</sup>.

L. S.

6. - *Syngrapha nummularia Montis Pietatis*, a notario publico roborata, vi cuius Fridericus Cavalieri sese obligat ad sumptus pro filiae sua educatione perferendos.

Banco del S. Monte della Pietà pagherà per me al Venerabile Monastero di S. Francesco di Monache Cappuccine sopra Pontecorvo docati settanta due che sono per un semestre anticipato per l'educazione d'Anna Caterina Cavalieri mia figlia, ch'entra educanda in detto monastero.

Napoli, 22 dicembre 1684.

Federico Cavalieri

L. S.

## II

DOCUMENTA AD SORORES MATRIS  
S. ALFONSI SPECTANTIA

PRAENOTANDA

Quoniam duae sorores Teresia et Caecilia Cavalieri eodem die et anno monasterium ingressae sunt, documenta utriusque communia simul afferuntur. Alia vero quae, post Teresiae infirmae e monasterio egressum (11), Caeciliam dumtaxat respiciunt sat lungam seriem constituunt, ex quibus deprehendimus consuetudines pro novitiatu et professione tunc temporis vigentes.

**1. - *Actus receptionis in monasterium***

Si fa fede per noi infrascritte Abbadessa e monache officiali del nostro Venerabile Monastero di S. Francesco delle Cappuccine Riformate di questa città come... sono state accettate la Signora Teresa Cavaliero e la Signora Cecilia Cavaliero, sorelle carnale [sic], figlie del Sig. Federico Cavaliero et quondam Sig.r<sup>a</sup> Elena d'Avenia...

Napoli il dì 4 giugno 1674.

Suor Agnese dello Spirito Santo, Abbadessa

[*Sequuntur subscriptiones aliarum novem monialium; adest sigillum in fine*]

**2. - *Excerptum ex copia testimonii baptismatis duarum sororum***

a) A dì 15 aprile mille seicento sessanta cinque, dico 1665, Teresa Maria Cecilia, figlia del Dr. Federico Cavalieri U.I.D. e della Signora Helena d'Avenia... : nata a di 13 di detto [mese]...

b) A dì 10 di ottobre mille seicento sessanta otto, dico 1668, Cecilia Anna Brigitta... : nata a 8 di detto [mese]...

**3. - *Licentiae admissionis*, typis impressae, a S. Congregatione Episcoporum et Regularium Cardinali Archiepiscopo neapolitano Caracciolo concessae, Romae, sub die 25 maii an. 1674**

---

(11) Nescimus annum quo Teresia clausuram dereliquit. Rossi *l. c.* affirmat illam votum virginitatis emisisse; attamen nullum invenimus vestigium super novitiatu aut professione. Adiungit idem biographus puellam valetudinis recuperandae spe in domum rediisse ibique pie obiisse a fratre Aemilio, Pio Operaio, adiutam. Quod si adiumentum illi praestitum fuit sacerdotale, id non nisi post diem 20 septembries an. 1687 contigit, quo Aemilius sacerdotio auctus fuit. Fortasse in sororis memoriam Caecilia nomen Teresiae initio Novitiatus adoptavit, praeter religionis patronum.

ut dictae « honeste zitelle » intra claustrum S. Francisci recipiantur.

« Exsequatur » Curiae archiepiscopalis neapolitanae appositum est die 11 iunii eiusdem an. 1674.

Attamen, quoniam puerula Caecilia aetatem requisitam 6 annorum nondum attigerat, cum facultas admissionis primum postulata fuisset, Sacra Congregatio Cardinali neapolitano haec rescripsit :

Emo. e Rmo. Sr. mio oss.mo

Quando la zitella Cecilia Cavalieri habbia principiato l'anno sesto di sua età, la Sacra Congregazione si contenta che possa esser ammessa con titolo di educazione nel monastero di S. Francesco delle Cappuccine di cotesta città, purché in essa concorrino tutti gli altri requisiti necessarij, venghi accettata dalle monache capitolarmente e per voti segreti, paghi per ogni semestre gli alimenti anticipati... al monastero, pernotti fra le educande; e nel resto s'osservino le altre conditioni prescritte nella licenza sopra di ciò stampata. Lo significo a V. Em<sup>a</sup> e le bacio humilmente le mani. Di V.E.

Roma 15 dicembre 1673.

humil.mo et aff.mo servo

Fr. M<sup>a</sup> card. Brancaccio

A. Arcivescovo di Mitilene secretario.

Napoli al card. Arcivescovo.

4. - *Excerpta ex copiis testimoniorum confirmationis duarum sororum.*

a) Si fa fede...

A' 8 settembre 1672 Teresa Cavalieri figlia del Dr. Federico e della Signora Elena d'Avenia, la comara la Signora Beatrice Egittio [Gizzio]...

Et in fede 8 giugno 1674.

b) Si fa fede...

A 28 settembre 1673 Virgilia [sic] seu Cilla, figlia del Dr. Federico e della Signora Elena d'Avenia, la comara Angela Nola...

Et in fede 8 giugno 1674.

5. - *Instrumentum notarile pro sumptibus educationis*

Fidem facio ego notarius Ioseph Ferraiolus qualiter... die 12 iunii 1674 Dominus U.I.D. Federicus Cavalieri... sponte asseruit

quod de proximo sunt ingrediendae in Venerabile Monasterium S. Francisci Cappuccinarum in loco ubi dicitur a Pontecorvo huius civitatis Dominae Theresia et Caecilia Cavalieri, filiae legitimae et naturales ipsius Domini Federici pro educatione.

Ideo praefatus D. Federicus promisit ac se obligavit solvere dicto Venerabili Monasterio eiusque Reverendis Monialibus absentibus... annuos ducatus centum quadraginta quattuor, nempe annuos ducatus septuaginta duos... de semestre in semestre, ac quolibet semestre semper anticipati...

[*Subscriptio et sigillum*]

#### 6. - *Ingressus in monasterium*

Si fa fede per me infrascritta Abbadessa del Venerabile Monastero di S. Francesco delle Cappuccine Riformate fuor Porta Regale di questa città come a dì 13 giugno del presente anno 1674 sono entrate per educande nel detto nostro monastero con licenza della S. Congregazione di Roma e dell'Em.mo card. Caracciolo nostro Arcivescovo le Sig. Teresa et Sig. Cecilia Cavaliero, figlie legittime e naturale [sic] del Signor Avvocato Federico Cavaliero et della quondam Signora Elena d'Avenia, et in fede della verità ne ho fatto la presente sottoscritta di mia propria mano et sigillata con il proprio sigillo a dì 20 giugno 1674.

Suor Agnese dello Spirito Santo.

*Adnectitur folium datum a Vicario Generali die 22 iunii eiusdem an. 1674 cum licentia adhibendi in bonum monasterii 144 ducatus, quos nomine (in facie) Friderici Cavalieri Sacer Mons Pietatis remiserat.*

#### 7. - *Transitus in Novitiatum monialium*

##### a) *Acceptatio Caeciliae Cavalieri ex parte monialium*

Si fa fede per noi sottoscritte Abbadessa e monache officiali come... è stata accettata la Sig. Cecilia Cavalieri educanda in detto monastero per monaca corista Novitia, la quale cape nel numero prefisso e per essa vi è cella vacua nel luoco del Novitiato...

Napoli, 20 maggio 1686.

Suor Agnese dello Spirito Santo, Abbadessa.

[*Sequuntur subscriptiones aliarum novem monialium*]

##### b) *Supplicatio pro Novitiatu Sororis Caeciliae Cavalieri*

Ill.mo e Rev.mo Signore.

Cecilia Cavalieri dice a V.S.Illm<sup>o</sup> come è stata educanda per molti anni nel monastero di S. Francesco delle Cappuccine sopra

Pontecorvo nel quale ispirata da S. D. Maestà intende farsi monaca, et a detto effetto per consolatione de' parenti da alcuni giorni con licenza di Monsignor Vicario delle Monache è andata in casa di suo padre et che intende rientrare nel detto monastero per ricevere l'habito et fare l'anno di Novitiato. Supplica V.S. Illm<sup>a</sup> a concedergli detta licenza di poter entrare e far detto Novitiato con li soliti requisiti.

Napoli 8 giugno. Ut Deus.

[*Alia manus*] Al Sig. Vicario delle Monache in forma. Questo dì 23 giugno 1686.

G. Muti

8. - *Exploratio voluntatis Postulantis Caeciliae Cavalieri et testimonium de exercitiis spiritualibus vestitioni religiosae praemissis*

Die 25 iunii 1686.

a) In ecclesia metropolitana coram Rvmo. Dno. Vicario Monialium...

La Signora Cecilia Cavaliero... alle molte dimande fattegli da Sua Sig. Rvm<sup>a</sup> ha risposto in questo modo : Io sono venuta alla presenza di V. Sig. Rvm<sup>a</sup> per dirli come per servir N.S. Giesù Christo di mia libera e sponanea volontà mi voglio far monaca nel monastero di S. Francesco delle Cappuccine di questa città, e per pigliar l'habito di monaca corista novitia mi contento di farmi tagliare i capelli colle ceremonie solite, far il novitiato e come novitia osservar obbedienza, povertà e castità e le Regole di S. Francesco colla sua stretta osservanza gli s'osserva dalle monache di detto monastero. Voglio osservare le riforme fatte per ordine della felice memoria di PP. Clemente VIII... et acciò mi faccia monaca da nessuna persona sono stata forzata... Son d'anni 18.

[*Propria manu*]

Io Cecilia Cavalieri affirmo ut supra

b) Ego infrascriptus D. Antonius Sanfelicius (12), Sacrae Theologiae Magister, Sanctae Metropolitanae Ecclesiae Canonicus Poenitentiarius, fidem facio atque testor... Dominam Caeciliam Cavalieri educandam... decem dies exercitiis spiritualibus vacasse ut digne se ad habitum recipiendum disponeret, cui ego

(12) Antonius Sanfelice fuit confessarius Friderici Cavalieri. Avitum suae gentis palatium Neapoli subsistit prope habitaculum principis Presicce-Liguoro, non longe a familiae s. Alfonsi habitaculo.

adstiti iussu Rmij. Dni. Vicarii Capitularis nec sine magna aedificatione et spiritus profectu.

Die 22 iulii 1686.

Antonius Sanfelice

9. - *Acceptatio ex parte monialium ante professionem religiosam;*  
cui actui adnexa est altera *exploratio voluntatis Novitiae*  
promittendae, et altera *attestatio exercitiorum sacrorum per*  
*decem dies peractorum*

a) Si fa fede per noi Abbadessa e monache officiale... come è stata accettata... a far la professione espressa e solenne Suor Maria Francesca Teresa [sic] del Core di Giesù nel secolo chiamata Cecilia Cavalieri...

Napoli, il 22 luglio 1687.

[*Sequuntur subscriptiones aliarum octo monialium*]

b) Die 11 mensis septembris 1687, Neapoli, in monasterio Scti. Francisci coram D. Ioanne Iacobo Cioccia

...Suor Maria Francesca Teresa del Core di Giesù, nel secolo Cecilia Cavalieri... alle molte domande ha risposto

...Voglio far la mia professione.

[*Propria manu*] Io Suor Maria Francesca [deest : Teresa]  
del Core di Giesù.

c) *Canonicus Antonius Sanfelice asserit praedictam monialem exercitiis spiritualibus per decem dies continuos vacasse cum mea assistentia.*

10. - A TERGO plici documentorum reassumitur *testimonium vestitionis et professionis Caeciliae Cavalieri*, id est Sororis Mariae Franciscae Teresiae a Corde Iesu (13).

Educazione per le SS.re

Teresa [*alia manu*] uscita e  
Cecilia

} CAVALIERI

Die 2 mensis augusti 1686 Neapoli in ecclesia Monasterij Monialium Scti. Francisci Cappuccinarum

Adm. Illmus. et Adm. Rdus. Canonicus Antonius Sanfelicius missam celebravit et supra dicta Cecilia Cavalieri fuit induta habi-

(13) Adest alia syngrapha nummularia, qua Fridericus Cavalieri monasterio remisit summam 1.500 ducatorum pro dote seu, uti dicebant, pro eleemosyna dotali Caeciliae Cavalieri.

tu religionis eique incisi capilli cum solitis caerimoniis et solemnitatibus. Praesentibus RR. D. Ignatio Natale Porpora, D. Iosepho de Stephano et aliis testibus.

D. Ioannes Iacobus Cioccia Act. Mag.

Vocatur Soror Maria Francisca Teresia a Corde Iesu.

Die 25 mensis septembris 1687 Neapoli in ecclesia Monasterij Monialium S. Francisci Cappuccinarum

Adm. Illmus. et Adm. Rdus. Can. Andreas de Mauro vice Rmi. Canonici Oratij Maltacca, Vicarij Monialium, missam celebravit et supra dicta Soror Maria Francisca Teresia a Corde Iesu, in saeculo vocata Teresia [sic] Cavalieri, emisit suam solemnem et expressam professionem cum solitis caeremoniis et solemnitatibus. Praesentibus R. D. Iosepho de Stephano, D. Phillipo de Agustino, et aliis testibus.

Et in fidem...

D. Ioannes Cioccia, Actorum Magister